Quelle: https://manuscripta.at/?ID=892
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

signifer et duces esse dixit Se-
orgius Mauricius Mercurius
et demetrius quos ut vidit predic-
tus episcopus exclamavit voce magna
dicens O milites ecce venit
auxilium quod nobis promisit deus tunc
tremor maximus irruit in hos-
tes et visis militibus strictis terga
verterunt et fugam quo unusquisque
locus dabatur arripiunt De tercio
ad Ephesios primo Signati estis spiritu
promissionis sancto qui est pignus here-
ditatis nostre scilicet per gratiam multifor-
mem in qua deprehendimus nos esse
filios dei per signa ~~dei~~ predesti-
nacionis ipse enim reddit testimo-
nium spiritui nostro ut habetur Romanos viii quod
filij sumus dei O pater noster in nobis
et confert ut dicit Bernhardus ro-
bur virtutis contra aggressum et actionem
... lumen contra adagnicionem
pugnis salutis contra ad divine
filiacionis testimonium et predesti-
nacionem de quibus intelligi potest quod
Severus dicit beatum Martinum
dixisse munia tua devotus in-
plebo sub signis tuis quo ad
ipse iusseris militabo

De exploracione et insidijs Capitulum xvij

Quam necessaria sit explora-
cio et quam precavende sint
insidie plurimis patet ex-
emplis et eventibus plurimorum et
ergo in castris habentur apti ad talia
conficiunt quorum sollercia in quibus
per consequens alia adiunatur municionis
et consilijs oportunis ad id quod
sibi utile videbitur instauratur Se-

primo quidem de exploracione se-
cundo de insidijs videamus Sci-
ta exploracionem namque triplex
ex modus est habendus Primo ten-
dit ad sciendum statum hostium Se-
cundo ad cognoscendum statum proprium
Tercius ut explorator habeat
actum cautum et ydoneum ad de-
clinandum periculum. Primo itaque
necessarium est ut status hostium consi-
deratur quantum ad loci situm quantum
ad virtutem virium quantum ad copi-
as rerum quantum ad disposicionem
corporum et animorum ut dux sciat
exercitum instruere ad pugnandum
vel ad retrocessus presidium et ha-
bemus in Numeri xiij ostenditur ubi Mo-
yses misit xij exploratores
in terram chanaan dicens ascen-
dite per meridianam plagam ad con-
siderandam terram Cumque veneri-
tis ad montes considerate terram
qualis sit et populum qui habitator
est eius utrum fortis sit an in-
firmus pauci numero an plures
ipsa terra bona an mala ur-
bes quales an murate an
absque muris humus pinguis
an sterilis nemorosa an absque
nemoribus confortamini et affer-
te nobis de fructibus terre reversi-
que exploratores retulerunt pal-
mitem cum uva sua in vecte quem
portaverunt duo viri de malis quoque
granatis et de ficubus loci illius
retulerunt locuti sunt omni multi-
tudini ostenderunt fructus terre
et narraverunt dicentes Veni-
mus ad terram ad quam misisti nos

Nota triplicem modum exploracionis